



Hygin, fabulae 77-80

Unter dem Namen Hygin ist ein Handbuch aus dem 2. Jh. n. Chr. überliefert, welches Stammbäume von Göttern und Heroen und kurze mythologische Geschichten - darunter auch die Sage von Leda und dem Schwan - enthält.

Leda

Iuppiter Ledam Thestii¹ filiam in cygnum² conversus³ ad flumen Eurotam⁴ compressit⁵ et ex eo peperit Pollucem et Helenam, ex Tyndareo⁶ autem Castorem et Clytaemnestram.

Tyndareus

Tyndareus Oebali⁷ filius ex Leda Thestii filia procreavit⁸ Clytaemnestram et Helenam; Clytaemnestram Agamemnoni Atrei filio dedit in coniugium; Helenam propter formae dignitatem⁹ complures ex civitatibus¹⁰ in coniugium proci¹¹ petebant. Tyndareus cum repudiari¹² filiam suam Clytaemnestram ab Agamemnone vereretur timeretque, ne quid ex ea re discordiae nasceretur¹³, monitus ab Ulixē iureiurando¹⁴ se obligavit¹⁵ et arbitrio Helenae posuit¹⁶, ut, cui vellet nubere¹⁷, coronam imponeret¹⁸. Menelao imposuit, cui Tyndareus eam dedit uxorem regnumque moriens Menelao reliquit.

Helena

Theseus Aegei¹⁹ et Aethrae²⁰ Pitthei²¹ filiae filius cum Pirithoo²² Ixionis²³ filio Helenam Tyndarei et Ledae filiam virginem de fano²⁴ Dianae sacrificantem rapuerunt et detulerunt Aphidnas²⁵ in pagum²⁶ Atticae regionis. Quod Iovis²⁷ eos cum vidisset tantam audaciam habere, ut se ipsi ad periculum offerrent²⁸, in quiete eis imperavit, ut peterent ambo²⁹ a Plutone Pirithoo Proserpinam in coniugium; qui cum per insulam Taenariam³⁰ ad inferos³¹ descendissent et, de qua re venissent, indicarent Plutoni, a furiis³² strati³³ diuque lacerati sunt. Quo Hercules ad canem tricipitem ducendum cum venisset, illi fidem³⁴ eius implorarunt³⁵; qui a Plutone impetravit³⁶ eosque incolumes³⁷ eduxit. Ob Helenam Castor et Pollux fratres belligerarunt³⁸ et Aethram Thesei matrem et Phisadiem³⁹ Pirithoi sororem ceperunt et in servitatem sorori dederunt.

Castor

Idas et Lynceus⁴⁰ Apharei⁴¹ filii ex Messenis⁴² habuerunt sponsas Phoben⁴³ et Hilairam⁴⁴ Leucippi⁴⁵ filias; hae autem formosissimae virgines cum essent et esset Phoebe sacerdos Minervae, Hilaira Dianae, Castor et Pollux amore incensi eas rapuerunt. Illi amissis sponsis arma tulerunt⁴⁶, si⁴⁷ possent eas recuperare. Castor Lynceum in proelio interfecit; Idas amisso fratre omisit⁴⁸ bellum et sponsam, coepit fratrem sepelire⁴⁹. Cum ossa eius collocaret in pila⁵⁰, intervenit Castor et prohibere coepit monumentum fieri, quod diceret se eum quasi feminam superasse⁵¹. Idas indignans⁵² gladio, quo cinctus erat, Castori inguina⁵³ traiecit. Alii dicunt, quemadmodum aedificabat pilam⁵⁰, super Castorem impulsisse⁵⁴ et sic interfectum. Quod cum annuntiassent⁵⁵ Polluci, accurrit et Idam uno proelio superavit corpusque fratris recuperatum⁵⁶ sepulturae dedit⁵⁷; cum autem ipse stellam ab Iove accepisset et fratri non esset data,

ideo quod diceret Iovis⁵⁸ Castorem semine Tyndarei et Clytaemnestram natos, ipsum autem et Helenam Iovis esse filios, tunc deprecatus⁵⁹ Pollux, ut liceret ei munus suum cum fratre communicare⁶⁰; cui permisit.

Kommentar

- ¹Thestius,-ii m.: Thestius (König von Ätolien und Vater der Leda)
- ²cygnus,-i m.: Schwan
- ³converto 3,-verti,-versum: sich verwandeln
- ⁴Eurotas,-ae m.: Eurotas (Fluss bei Sparta in Lakonien)
- ⁵comprimo 3,-pressi,-pressum: vergewaltigen
- ⁶Tyndareus,-i m.: Tyndareus (König von Sparta und Gatte der Leda)
- ⁷Oebalus,-i m.: Oebalus (König von Sparta, Vater des Tyndareus und Großvater der Helena)
- ⁸procreo 1,-avi,-atum: zeugen, hervorbringen
- ⁹formae dignitatem: würdevolle Gestalt, anmutige Gestalt
- ¹⁰complures ex civitatibus = compluribus ex civitatibus
- ¹¹proculus,-i m.: Freier
- ¹²repudio 1,-avi,-atum: verstoßen, zurückweisen
- ¹³nascor 3, natus sum: (h.) entstehen
- ¹⁴iusiurandum, iurisiurandi n.: Eid
- ¹⁵se obligare: sich verpflichten
- ¹⁶arbitrio Helenae ponere: dem Urteil Helenas überlassen
- ¹⁷nubo 3, nupsi, nupta (+Dativ): heiraten
- ¹⁸impono 3,-posui,-positum: aufsetzen
- ¹⁹Aigeus,-i m.: Aigeus (König von Athen und Vater des Theseus)
- ²⁰Aethra,-ae f.: Aethra (Mutter des Theseus)
- ²¹Pittheus,-i m.: Pittheus (Vater des Aigeus)
- ²²Pirithous,-i m.: Peirithoos (Lapithenkönig, der mit Theseus in der Unterwelt gefesselt wurde)
- ²³Ixion,-onis m.: Ixion (Lapithenkönig in Thessalien, Vater des Peirithoos, stellte der Juno nach und zeugte mit einer Wolke, die ihre Gestalt trug, die Zentauren. Zur Strafe wurde Ixion in der Unterwelt auf ein Rad gebunden)
- ²⁴fanum,-i n.: Tempel, Heiligtum
- ²⁵Aphidnae,-arum f.Pl.: Aphidna (Ortschaft in Attika)
- ²⁶pagus,-i m.: Bezirk
- ²⁷Iovis: der Gen. Sg. steht hier anstelle des Nom. Sg. = Iuppiter
- ²⁸offero,-fers,-ferre, obtuli, oblatum: (h.) sich stellen
- ²⁹ambo,-ae,-o: beide
- ³⁰Taenaria,-ae f.: Taenaria = Tainaron (der letzte Ausläufer einer im Süden der Peloponnes gelegenen Halbinsel)
- ³¹inferi,-orum m.Pl.: Unterwelt
- ³²furia,-ae f.: Furie
- ³³sterno 3, stravi, stratum: niederstrecken, (h.) fesseln
- ³⁴fides,-ei f.: Beistand, Hilfe
- ³⁵implorarunt = imploraverunt (imploro 1,-avi,-atum +Akk.: um etwas bitten)
- ³⁶impetro 1,-avi,-atum: erreichen
- ³⁷incolumis,-e: unversehrt

- ³⁸belligerarunt = bellum gesserunt
- ³⁹Phisadies,-ei f.: Phisadies (Schwester des Peirithoos)
- ⁴⁰Idas et Lynceus: Idas und Lynceus waren die Söhne des Aphareus und als Zwillingenbrüder das Gegenstück zu den Zwillingen Castor und Pollux
- ⁴¹Aphareus,-i m.: Aphareus (König von Messene, Vater der Zwillinge Idas und Lynceus)
- ⁴²Messenae,-arum f.Pl.: Messene (Hauptstadt von Messenien auf der Peloponnes)
- ⁴³Phoebe,-es f.: Phoebe (Tochter des Leucippus)
- ⁴⁴Hilaira,-ae f.: Hilaira (Tochter des Leucippus)
- ⁴⁵Leucippus,-i m. : Leucippus (Vater der Leukippiden Phoebe und Hilaira, die mit Idas und Lynceus verlobt waren)
- ⁴⁶arma ferre: (h.) zu den Waffen greifen
- ⁴⁷si possent: (h.) final „um zu können“
- ⁴⁸omitto 3,-misi,-missum: aufgeben
- ⁴⁹sepelio 4, sepelivi, sepultum: bestatten, begraben
- ⁵⁰pila,-ae f.: Pfeiler, Grabsäule
- ⁵¹superasse = superavisse
- ⁵²indignans: erzürnt
- ⁵³inguen,-inis n.: Eingeweide, Lenden
- ⁵⁴super Castorem impulsisse: erg. eam (= pilam): „er hätte Castor damit erschlagen“
- ⁵⁵annuntiassent = annuntiavissent (annuntio 1,-avi,-atum: melden)
- ⁵⁶recupero 1,-avi,-atum: wieder finden
- ⁵⁷sepulturae dare: bestatten lassen
- ⁵⁸Iovis: der Gen. Sg. steht hier anstelle des Nom. Sg. = Iuppiter
- ⁵⁹deprecor 1,-precatus sum: bitten
- ⁶⁰communico 1,-avi,-atum: teilen

(Dieser Artikel wurde verfasst von: Simon Berger, Jeanette Gurau, Martin Kienmeyer und Alexandra Stolz, [BRG Hamerlingstraße Linz](#), Betreuerin: Bernadette Vielhaber)